Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Super vicesimo quarto articulo interrogatus dixit se testem
examinata dicit articulum esse verum quia hodie ita famatur
Et fuit interrogatus ad testes prout est moris &c

Eadem die fuit examinata distincta mulier Barbara relicta quondam
Martini Wurtzer de Klosterneuburg claustralis Patavien. diocesis et status
annorum Quadraginta quatuor vel circa contestes proxime prescripte
testis videlicet Elizabeth uxor Johannis Kretzing que deposuit super
omnibus et singulis articulis ut proxima prescripta testis super eisdem de-
posuit et concordat in omnibus et per omnia cum eadem Quia dicit se
fuisse in comitiva sua illo tempore quo hujusmodi facta sunt et omnia sic
facta vidisse vnno dicit se ad prefatam Elizabeth uxorem dixisse vellem
ut adhuc haberes dolores quia tantum ambulas ad non valeamus te
sequi
Insuper in facto proprio deposuit qualiter ipsa olim de Anno domini millesimo
quadringentesimo septuagesimo sexto in nocte sancte Elizabeth sana
ad lectum se deposuerit in crastinum volens surgere more solito de lecto tan-
tum dolorem in pede suo sinistro sensit et quod se ex lecto erigere non valuit
ita per vnum integrum diem premissis dolore continue clamando in loto
decubuit et putabat se ex hujusmodi dolore qui magis ac magis crescit
et se augmentavit mori debere Tandem in mente sua cogitavit de
beato Leopolde ipsum debere pro humanitate humorum quod fecit et vovit se
cum vna libra cere ad tumbam suam velle portare et cande Tum-
bam quinque in vrabis nudis pedibus cum genibus orando velle ire
cuiter Statim post hujusmodi voti emissionem melius se sensit Et in tertia
die votum hujusmodi complevit sana absque aliquo dolore in domum sua
ierit sed est Credens firmiter hec omnia ex merito beati Leopoldi miracu-
lose contigisse
Et fuit interrogatus eidem testi prout est moris &c

Eadem die fuit examinata et super interrogatorio prenotata inter-
rogata Dicit vxor Johannes Kretzing de dicto loco Patavien. diocesis
et status sive annorum Quinquaginta vel circa contestes proxime pre-
scripte testis videlicet Barbare relicte quondam Martini Wurtzer qui
deposuit super omnibus articulis prout secunda proxima prescripta testis
videlicet Elizabeth uxor sua super eisdem deposuit Excepto super decimo
nono articulo interrogatus Dicit quod post mortem suam &c dicit sibi nul
constare super eo miraculo in vxore sua tunc ostenso nisi ex auditu
eius et aliorum qui secum fuerunt in Comitiva Ad de miraculo